

**Georgii Wolfgangi Wedelii, Experimentum curiosum de colchico veneno, :  
et alexipharmaco, simplici et composito.**

**Contributors**

Wedel, Georg Wolfgang, 1645-1721.

**Publication/Creation**

Ienae : Apud Ioh. Felicem Bielcke : Literis Krebsianis, M DCC XVIII. [1718]

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/g76md6w6>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>



6

63440/3

H  
0.23

The Library of the  
Wellcome Institute for  
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY  
OF  
LONDON  
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark

WEDEL, G.W.

*h h*  
*14*

GEORGII WOLFGANGI  
W E D E L H,  
*Experimentum Curiosum*  
DE  
COLCHICO  
VENENO,  
ET  
ALEXIPHARMACO,  
SIMPLICI ET COMPOSITO.


OF LONDON MEDICAL  
SOCIETY



JENÆ,  
APVD IOH. FELICEM BIELCKE.

---

LITERIS KREBSIANIS.  
M DCC XVIII.





I. N. I.



A detailed woodcut illustration of a botanical specimen, likely a flowering plant, such as a poppy or similar. The plant features several stems with leaves and small, five-petaled flowers. It is set within a rectangular border that includes a diagonal cross-hatching pattern, giving it the appearance of a framed manuscript illustration.

Otatu dignus est *Tullii* locus in laudem artis medicæ *l. i. de diuinat. cap. 7. p. m. 179.* prolatus : mirari licet, quæ sint animaduersa a medicis herbarum genera, quæ radicum ad morsus bestiarum, ad oculorum, morbos, ad vulnera, quorum vim, atque naturam ratio nunquam expli- cavit: vtilitate & ars est, & inuentor probatus.

Nullum illustrius exemplum in hunc usque diem obtigit nosse, quam in vulgatissima herba, & ea contempta,  
**COLCHICO.** Est illa autumni præco & decus, flore apud nos roseo, rarius albo ornata, instar croci, non sine causa singulare miraculum naturæ dictum *Hieronymo Trago part. 2. Herbar. c. 76. P. 281. b.* cum vere progerminet herba, æstate fructus, seu semen, autumno nudi flores, hyeme bulbosæ radices extuberent, instar satyrlionis.

Notanter hinc illam depinxisse scribit *Anazarbus*, ne  
a quoquam imprudenter pro bulbo deuoretur, illecto a  
pulchritudine, vel ipsa dulcedine, necem illatura, vnde &

EXPERIMENTVM CVRIOSVM

ephemerum audit, quod fungorum more strangulando iugulet, l. 4. c. 34.

Hactenus hoc nomine velut infame habitum & damnatum fuit colchicum, indignum habitum inter herbas medicas vel officinales, cane peius & angue, uno verbo

I. COLCHICVM VENENVM.

Vnanimi, inquam, ore colchici radicem venenatam esse Galenus, Aegineta, Dioscorides, Bauhinus & reliqui pronunciant. Audit alias wilder Saffran, Zeitlosen, Spinnblum, Michaelis-Blum, Michaelis-Wurtz, a tempore florendi, Autumno enim floret in pratis nostris, solo pingui, vbere proventu.

Nomine gaudet dupli: (1) *Colchicum* simpliciter, a Colchide dictum, seu Patria, quod in Messenia & Colchis plurimum enascatur, regione venenis celebri, & Medea, olim venefica famosissima.

Optime de hoc informari possumus a Nicandro, in *Alexipharmacis*, qui & venena descripsit optime, & eorum antidota. Hic vero meminit primitus virositatis vipereæ, dum canit: ήν δὲ τὸ Μηδεῖς κολχῖδος ἔχθρονος πῦρ καί τοτὸν δέξηται εὐφῆμερον.

*Si quisquam infestos Medea Colchidis ignes,  
Incautus gustarit Ephemeron:*

addit vero statim ab aliis coniunctim additum Epitheton, quod Galenus l. 6. de simpl. Medic. facult. p. m. 47. b. & Dioscorides distinguunt (2) Ephemeron:

Enimuero Ephemeron duplex faciunt, δηλητήριον, lethale, ac deleterium, quod & colchicum nominant seorsim; & non

## DE COLCHICO VENENO.

& non lethale, seu non venenosum, quod non bulbosum, sed radice oblonga constans describunt, seu iridem sylvestrem appellant, in præsentiarum vero nostrum non faciemus, sed colchicum, seu ut *Senertus* recte vocat l. vi. *Prax. Ephemerum Colchicum* id est ipsissimum & sic venenum.

*Theophrastus Eresius l. 9. Histor. Plantar. cap. 16.* duo genera facit venenorum, vnum *paulatinum*, seu lento, quæ certis temporibus occidere queunt, videlicet bimestri, trimestri, semestri, anno completo, nonnullum etiam biennio; Alterum *extemporaneum*, seu magis præsentaneum, ἔτερον γάρ τι πίστιον εἶναι, οὐ Φήμερον απαλλάγτει. Radiculam quandam esse, quæ eodem die possit occidere, seu καὶ τὸ Φημέρος Φάγμανον ἐνεργῆτα, reperiri etiam ephemeri venenum. p.m. 189.

Hoc, ut ad *Nicandri* ductum prosequamur, describit a noxa & symptomatibus. Ille repente, *inquit*, vritur internis sœua prurigine labris,

Ut cui vel fici succo candente, vel acri  
Vrticæ aut scyllæ perfictum vertice corpus,  
Horrendum in tenera quæ tollit carne ruborem.

Mens hæc est, exerere se assumpti colchici virus actiua violenta acrimonia mature in ipsis faucibus, non aliter, ac externa rubefacientia, salia rosiua, vel instar vrticæ stimulis, vel ipsarum cantharidum pungentibus aculeis, ut Phoenigmi, rubefacientium particulæ.

Vis præcipua exprimitur voce *ignis*, eiusdemque lassionis, seu visionis, modus vero applicationis πολὺ ex-

pressus definit rem exacte. Tribuitur Medeæ hoc Colchicum , seu quod Medea eo in beneficiis vteretur , vt interpres scribit , aut ipsum prima inuenerit.

Cum vero naphtham alias hoc Μηδείας ἔλαιον nominarint Græci , *Medeæ oleum* , & hoc καυσικὸν sit, flammam facile concipiens & exurens, inde videtur deceptus vel persuasus *Scholiaſtes*, & hoc ipsum arbitratus fuit significari ; imo & iuxta quosdam compositum ab eadem fabricatum, cum tamen neutquam sit compositum, sed simplex, petrolei alias nomine gaudens.

Neque enim *Nicander* exponit , præterquam venena simplicia , eorumque remedia, seu alexipharmacæ. Sufficit hoc potentiale cauſticum esse , & vrens , sic ipſo hauſtu ſe ſtatiſ exerens.

Pergit hinc, & quid ulterius deorsum progressum efficiat, vel operetur, exponere pergit (1) grauitatem circa ſtomachum inſidere, ſeu strangulet, ſeu angat, (2) ruſtare, (3) trahere ſeu ulcerare : λοιγέῃ συρμῷ, iuxta interpretem Ηὴ ζέσει καὶ καύσει, feruore & vſtione, cum vomitu, feſcibus inſtar loturæ carnis ſecendentibus, quod alias in fluxu hepatico fieri aſſolet, & quibusdam inflammati hepatis hoc loco argumentum ſtatuitur.

Hæc omnia arguunt acrimoniam, quam alias καυσικὰ Φάρουα roſiua cauſtica venena ſolent inferre, quod primo intuitu & examine vix credi poſſent, inprimis cum ſapor colchici guſtatu dulcis deprehendatur ; vnde & hoc nomine mirandæ naturæ æſtimandum ſit non immerito.

Et ne dubium ulkum ſuperſit, etiam remedium teſtimonium præbet locupletiſſimum. Vti enim acrimoniam ſumma cantharidum vnicum lac coercet & extempro corri-

## DE COLCHICO VENENO, &c.

7

corrigit, quod probatissimum nouimus, tum ipsum natum, simplicissimum, tum arte factum, emulsionum seminum quatuor frigidorum maiorum exemplo. Illud & ipse *Nicander loco citato* commendat, & omnino ad mitigandos dolores, & ardores restinguendos optime adhibetur. Nec dubium est, quin non solum bibi, sed etiam per clysterem iniici eadem scopo possit, sicut in dysenteriis quoque a medicis applicetur. Probauit lac potum *Brassauolus* ipse, & præsertim bubulum, quod tam præsenti ope scribitur his, qui Colchicum biberunt, mederi, ut vbi adsit, nullum aliud efficacius remedium querere oporteat.

Est & hoc memorabile, quod *Nicander* una commenda dat ad eundem usum etiam polygonum, a Græcis dictum, a Romanis, seu *Celso* præsertim ipso, sanguinalis audit; quod & fluentem aluum listit, & hæmorrhagias, & stomachi ardores refrigerat, & internis partibus colchico debilitatis robur addit. Reliqua ab eodem tacta attingere non opus est.

Illud vero sine dubio certum & nullatenus negandum est, rectissime asseri vnanimi veterum assensu de colchico dicta, venenum deleterium. Et ne desit exemplum, *B. Ludouici*, olim Archiater & Collega noster in Aula Gothana, sequentia verba suapte manu in Pharmacopœam *Schræteri* inscripsit, quod cuius ostendere possumus: Svvinfurti seruo rustico robusto data (a filiis Dn. H.) radix vnica Colchici rec. validissime & ad necem usque purgauit.

Aliud exemplum refert *Iohannes Agricola Ammonius*, *Medicinae Herbar. l. i. p. m. 90.* vbi, obuersatur, inquit animo meo *Ioban. Pollio Medicus Chremesinus*, qui mihi se mel

mel atque iterum duorum puerorum historiam recensendo renouauit, qui cum per lusum in prato, non procul a sua patria, Colchicum hoc Ephemerum deuorassent, ambo perierunt miserabiliter atque extincti sunt.

Vtut vero apud plerosque dubium adhuc sit, quidnam sit ephemerum illud, seu benignum, & innoxium, seu malignum & lethale, parum abest, quin laudandus sit *Anguillara*, qui *libro de simplicibus* de eo scribit: Non so quello, che sia, onde il lascieremo per hora.

Vti vero colchicum inter venena, hermodactylus inter medicamenta, Ephemerum inter media numeratur communiter, quæ tria in primis enumerat *Renodæus*; ita nostri scopi est potissimum solum de Colchico disquirere, de reliquis saltim secundario; omnino cauendum tamen, ne temere confundantur. Ita celebratur quidem hermodactylus pro remedio purgante specifico antipodagrico, quod præcipue sua experientia propria dilaudat *Petrus Bayerus*, & hinc alii partim in pilulis, partim in alia forma, etiam ipsius decocti, quod vel intra triduum curet affectum, sed, vt diximus, non pro hermodactylo vero & innoxio, primitus, vt nobis videtur, a *Paulo Egineta* memorato, substituendum est colchicum.

Vtut enim sint, qui experimentum fecere etiam in colchico nostro assumendo, in morbis quoque a fascino, vbi vomitum excitauit assumptum, attamen non temere & promiscue id tentandum vel imitandum est, latet enim & hic saepe anguis in herba, & virus pro virtute exerere satagit.

Non tacendum tamen, esse quoque, qui nostras minus venenatum æstiment, vti contra ea hermodactylum sunt,  
qui

## DE COLCHICO ALEXIPHARMACO.

qui non pro radice habent, sed pro fructu arboris, & ex Ægypto illum arcessunt, quo de *Pometus* legi meretur. Et contra ea ipsummet hermodactylum parum aestimant alii, ac vilipendunt potius, præferentes potius longe gialapam, vel alia visitatoria officinalia, & magis classica; adde & efficacia, & sic longe præferenda, quo de *B. Rofincius* consuli & euolui potest in tractatu de purgantibus vegetabilibus Sect. VII. Artic. II. c. 1. p. 232.

Quod vero veteres nihilominus bulbum hunc non parum, sed maximi aestimarint, vel ex illo colligere par est, quod non tam bulbum agrestem nominarunt, quam elogio & testimonio *L. Apuleii HIEROBVLVM*, bulbum sanctum, vel sacrum. Idque non tam pro magno, uti os sacrum alias, & auri sacram famem indigitarunt, vel morbum sacrum, sed alio potius venerando nomine, pro divino, augusto, sancto magis. Quamuis enim & bulbi magni sat̄is sint & dentur; id tamen quoad molem de hierobulbo hoc nostro non valet.

Et quamuis de interni usus virtutibus parum de eo prædicetur, neque hisce tamen destituitur, sed ad articulorum dolorem commendatur, & quem tollat, in cataplasma cum seu caprino, & oleo cyprino mixtus ac pistus. Si item lentigines habeant mulieres in facie, & cum lomento lupinaceo commisceatur herbæ hieribulbi radix, & facies eodem lauetur, lentigines statim purgare scribit idem *L. Apuleius, loco citato.*

Atque sic manuducimur ad alteram Thematis nostri partem:

## II. COLCHICVM ALEXIPHARMACVM.

Seu: ubi virus, ibi virtus. Hic vero amplissimus se aperit

campus , dicendi de inuentione & origine hac elogii. Post, quam superiori seculo MDCLXVII. diuino fato in urbem Gothanam vocati essemus, auspiciis Diui ERNESTI PII, immortalis memoriæ , sequenti anno post strages dysenterica sæuire incipiebat, qua minimum nobis curandi incumbebant quadringenti homines, decumbentes malignitate insignissima, cum petechiis, deliriis, faucium inflammatione; pluribus in vna domo, imo hypocausto, vel camera versantibus , & sic inuisendis quotidie, per menses duos & ultra.

Dum præseruationi studendum esset, casu fortuito, vel nutu potius diuino, ex bibliotheca Ducali nobis offerebatur liber, quem usque in hunc ipsum annum non potuimus impetrare denuo, nisi ante mensem circiter. Hic erat sequens: Exercitatio Antiloemica, das ist, kurzes Bedencken wegen der allgemeinen grassirenden Seuche auff das 1637. Jahr, mit etlichen Arcanen, und verborgenen Experimenten, durch Casparum Amthor, Medicinæ Licentiatum. Vbi cum plagula quarta de amuletis dixisset, & lappam maiorem, iridem Florentinam, valerianam & chelidoniam maiorem nominasset appendendam , ita infit : *Allbier muß ich eine Historie erzählen: Ich reisete einsmahl's in wichtigen Geschäften die Michaelis nach Culmbach. Als ich zwischen eilff und zwelf bald daselbst angelanget, begegnete mir unterwegens ein alter Bauer mit einem Karft, den fragte ich, woher des Landes, er sagte hier hatte er etwas von Wurzeln hacken müssen seinem Junckern, welcher in Ungarn lange gedienet, der hielte so viel darauff, dann unter seine Soldaten oft die Pest kommen, allein er hatte zum Amulet nichts anders gebraucht, als diese Wurzel,*

zel, und wäre sicher davon kommen. Ja er, als ein alter Mann, wüste selbst, daß uff allen Dörffern umb und umb gestorben, allein in dieses Dorff wäre es nicht kommen, dann kein Bauer wäre, er trüge es am Halse: dagegen wäre es ihnen hart verboten, niemand solches zu sagen. Ich beschämte ihn, weil ich diese Wurzel schon kannte, daß er mir doch die Zeit solche zu graben sagen möchte, da nennete er mir den Tag im Jahr, und auch die Stund, und den modum. Die Wurzel aber war das Colchicum, welches Dioscorides vor überaus gifftig hält, und iedermann innerlich davor warnet; Ich aber habe es nicht allein als ein amulet gebraucht, sondern auch mit grossen Nutzen herrlich und probirt befunden, in dysenteria maligna, auch innerlich caute gebraucht. Die Türcken pflegen die Blüte in Wein zu beizen, wenn sie einen starr voll machen wollen, davon wird mancher so toll, daß er in ecstasie darüber fällt.

Ab illo ipso tempore, laudata eadem experientia inducti, fidem habentes testimonio tam sincero, candido & simplici, appendere cepimus in hunc usque diem radicem hanc, & optimo quidem cum successu.

Et tanto quidem magis verum id deprehendimus, quod tertia pars hominum moriatur febri, toto enim die, ex improviso, abripi videmus etiam citra stragem publicam, & sine contage, propria vel quasi culpa sanissimos visos hos illos. Adeoque, quod quisque vitet, nunquam homini satis cautum est in horas, quod scribit Horatius l. 2. Carm. od. 13. sed improvisa lethi vis rapuit, rapietque gentes.

## EXPERIMENTVM CVRIOSVM

Non itaque solum in morbis epidemiis , peste , dy-  
fenteria, febribus malignis grassantibus , variolis , morbil-  
lis , & similibus consultum est prospicere vnumquemque  
suo corpori , cum domestica cura , tum individuali ; Sed  
reuera Febris omnino est morbus vniuersalis , quod expe-  
rimur singulis annis. Satius vero est, cautionem adhibere , &  
hoc ipso alexipharmaco genuino.

Cum ante aliquot annos in vrbe Hamburgensi gra-  
faretur pestis , Illustris Magistratus a Facultate Medica no-  
stra desiderabat duos medicos pestilentiales , quos illuc com-  
mendabamus, diuinæ tutelæ commissos , & hoc amuletum  
ipsis appendendum suadebamus. Bene gesta re liberata  
vrbe redibant salui vtrique & incolumes.

Grassantibus variolis idem deprehendimus , data essen-  
tia præseruatiua interne , & amuleto hocce munito corpore ,  
vel non correpti sunt quamplures , vel leuius affecti , felicius  
euasere ; quod in vicinia quoque innotuit satis , & non  
semel sic prospectum est , quibus id curæ fuit. Hinc ope-  
ræ pretium omniū est ; & interest reipublicæ , vt recipia-  
tur Senatus Consulto & Decreto publico radix Colchici  
hæc laudatissima inter officinales radices , in hunc usque  
diem contempta , neglecta , ignorata , imo damnata.

Et sane vel hoc nomine publicandum hoc leuidense  
schediasma decreuimus , vt cuiuis volenti innotescat , & in  
usum non contemnendum cedere possit hic hierobulbus ,  
diuina hæc radix , nec amplius obscura maneat.

Nihil nobis quicquam occurrit dubii , nisi hoc uni-  
cum oppositum , superstitionem sapere hoc remedium , ne-  
que hinc cum conscientia Christiana posse applicari , vel in  
usum cedere communem , in primis in magnatibus . In  
hoc

hoc casu communi nemo homo excipitur. Vnusquisque obiectus & subiectus est huic periculo, morbo & morti. Et experientia laudata, & iam publicata, tam simplex, tam vera & inculpata est, vt sibi relicta obuia probari queat, vel saltim in experimentum denuo cedere innoxie.

Verum est, manetque omnino, vnam experientiam plus valere, quam centum rationes, vnamque præseruationem certiorem, quam centum curationes incertas, vbi semel iam Vesuvianus febrilis ignis spiritus, humores, sanguinem, poros, partes solidas, vniuersum corpus occupauit.

Et sic omnino venena quælibet possunt & debent concipi, neque absurdum est, posse diuerso respectu & venena principiis hisce vitalibus corporis humani inferre cladem, quod totœ die experiuntur miseri homunciones, & vicissim, vel colchici nostri exemplo, iisdem prospicere, & contra ire vicissim, quod a necessario saltim confirmabimus, & a facili.

I lud nisi obseruemus, vonusquisque periculo huic morbi & mortis est expositus, & damno suo experiri potest voto maturius & certius, quod nolebat. Hoc vero & tutissimum, & innoxium, &, vt diximus, facillimum est. Facillimum, inquam, est experimentum, imo expertissimum, nisi velimus hominibus boni moris, candidis & Christianis fidem frustra denegare. Absit, vt superstitionem vel præsumere, vel iungere velimus, vel miscere verba herbis, vel signa, vel fictos characteres, vel minimum quicquam suspicionis alterius.

In herbis magna latet virtus sine dubio, quam si vlo experimento deprehendere, vel patefacere possimus, lau-

danda potius est, quam occultanda, quod summi numinis gratia emineat, & eniteat. Perinde vero nobis fuerit, ut de eo quoque quid balbutire sustineamus, an hac ipsa applicatione & contactu externo corporis viui & qualem saluberrimum transpiratum procuremus, an moderamen salutare spirituum vitalium & animalium iuuemus, an motum turbatum præcaueamus, quæ omnia & singula præstare posse colchicum confidimus. Ita enim saltim qualitatis occultæ, id est, sensibus a priori non obuiæ, nomen deuitare licuerit. Sufficit turpius eiici, quam non admitti etiam hosticam febrim.

Et sic rectius longe fecerimus, quam apud *Camerarium* impostores quosdam plebi fæuiente in peste colchicum pro antidoto vendidisse refertur, quam radicem idem autumno amaram deprehendit. Sed iam innuimus, satius esse ab interno vsu abstinere, licet ab *Amthore* caute in dysenteria maligna se vsum relatum superius sit.

Nec alia probata satis amuleta, ab amoliendo dicta, dari ignotum est, qualem olim iam radicem telephii recentem in hæmorrhoidibus cœcis, dolentibus & extuberrantibus, ad *B. Thomam Bartholinum* meminimus, & coniunctim pro sacculo, suffitu, fotu sequentia præscribimus:

*Rx.* rad. scrophul. teleph. rec. chelid. min. cynogloss. a. 3iii.  
*herb.* verbas. mi. linar. c. tot. mii. parid. hyosc. a. m. fl.  
*verbas.* pap. rh. ocul. pop. a. pii. mastich. g. anim. a. 3i. fl.  
*croc.* 3. Conc. cont. gr. m. D. in Charta. *S. zertheilende Lind-Species.*

Neque opus est selectu ulteriori quoad radicem. Ut enim plures differentiæ & species variæ recenseantur apud *Laurembergium in appar. plantar. de bulbosis*, non attinet

attinet tamen aliud eligere, quam flore rubro communi, ut diximus, rarius enim est album, neque id negligendum.

Relinquimus etiam vnicuique suam libertatem in ratiocinando vterius de modo agendi, an venena magnetice attrahant malignitatem, & sic auertant, an fermentum peregrinum cohibeant, illigent, imbibant, rarefactio ni fixitudinem inferant. Hactenus, an boues vescantur colchico, vel id ipsum auersentur, quod videtur, & non nemo certo asseruit, rescire nondum potuimus. Sufficit apud Græcos virus exploratum assignari, a Germanis, quod nos iam facimus, virtutem, sanissimos non exclusos a periculo, præseruari tamen posse, & ex improuiso correptos facillime & frequentissime mori.

Quemadmodum vero solemne est apud medicos spe cttare simplicia & composita; ita idem & in venenis & medicamentis valet ac verum est. Tale additum tali reddit illud magis tale, vtrobique & hæc se inuicem possunt illustrare quoque apprime. Liceat nobis colchico vti, eoque vt alexipharmaco, idque conferre & combinare se inuicem cum alio amuleto, non veneno, sed bezoardico, uno verbo, PLANTAGINE.

Et hæc itidem experimento nota est, alibi quantumuis a nobis iam tacta. Antidotus est singularis veneni bufonis. Sicuti vero hic locus est magis congener & aptissimus, uno intuitu hæc conferre, & optime nota facere, & cum aliis communicare, quorum interest: ita aliunde vix alias id repetierit, cui magis gratum erit hoc loco vna statim fidelia duos, quod aiunt, dealbari parietes.

Vtque

Vtque statim intentio nostra patefiat & exprimitur, ab aliquot iam annis soliti sumus studio combinare pro amuleto symbolico & magis confirmato, probatoque, radicem colchici nostri & plantaginis maioris, arnoglossam vocamus, idque ex sequentibus experimentis.

Enim uero iam a *Desiderio Erasmo Roterodamensi, in Colloquiis notissimis*, omnium manibus tritis, colloqu. de amicitia inscripto p. m. 426. Accepi, inquit, ab iis, qui spectarunt, simile dissidium esse araneo cum bufonibus, (ac retulerat intercedere cum serpente); sed bufonem ictum sibi plantagine mederi. Confirmat hoc fabula, ut vocat, Britannica, de monacho, cui bufo dormienti os obsederat, ab araneo vero post tertium ictum imperfecto hoste liberatio contingit. Vbi in commentario additur, monachum alium scilicet huius rei experimentum cum plantagine vidisse, & extirpata radicibus herba salutari, mortuo bufone, inde compertum habuisse, plantaginem contra venena, & venenatorum ictus multum facere.

Alter testis oculatus est *Ioachimus Tanckius Med. Doctor & Professor Lipsiensis*, qui MDCX, in præfatione promptuario Alchimiae præfixa p. 22. historiam consimilem recenset: *Es trägt sich einsmahl zu, daß in einem Dorff, so nicht gar weit von Leipzig gelegen, ich verreiset, und wie ich neben denen, so bey mir waren, die Kirche besehen wollte, begiebt sichs, daß eine grosse Kräte zu der Kirchthür hüpfen und eilen wollte. Wie ich solches gesehen, stehen wir ein wenig stille anzuschauen, wo sie hinaus wollte. Wie sie nun gleich unter die Kirchthür kommen, läßt sich eine grosse Spinne von oben herunter, so über der Thür ihre Wohnung angegeschlagen, und ihr Gebäude aufgerichtet,*  
und

und fahret geschvwind auff die Kræte, sticht dieselbe, daß sie darüber einen hellen Pfiff thut. Wie der Stich geschehen, fährt die Spinne geschvwind in die Hœhe, in ihr Hauss, alsbald laufft die Kræte auff, und geschvillet, wendet sich doch um, und kreucht gar unvermæglich zurück, ohngefehr sechs Schritte von der Kirchthür zu einem Krautlein, auff deutsch Wegebreit, Lateinisch plantago genannt, von den Blättern ißet sie, und wird darauff alsbald gesund, und die Geschwulst ihres Leibes setzt sich, daß nichts daran zu spüren gevvesen. Sie macht sich zum andernmahl auff und hüpfet wieder fort zur Kirchthür: wie sie dabin kompt, läßt sich die Spinne gar geschvwind wieder herunter, und sticht sie abermahl, sie thut wieder einen hellen Pfiff, lauft abermahl dick auff, und macht sich wieder zum vorigen Krautlein Wegebreit. Wie sie abermahl davon gegessen, geneset sie, und wird gesund. Sie läßt auch zum dritten mahl nicht ab, will noch in die Kirche hinein, und hüpfet wieder stracks zu der Kirchthür. Wie ich diß neben dem Pastore und andern Gefährten gesehen, schneide und reisse ich das Kraut weg, und verscharrre die Wurzel. Wie nun die Kræte zum drittenmahl in die Thür kompt, ist wieder die Spinne geschvwind verhanden, und sticht sie, die Kræte thut wieder einen hellen Pfiff, lauft auff, und eilet zurück zum Kraut Wegebreit; wie sie aber solches nicht findet, stebet sie stille, lauft sehr dicke auff; thut belle Pifffs, überwirfft sich, und stirbt.

Tertium exemplum laudat *Helmontius*, quod in *Tumulo pestis p. m. 886.* sequentibus verbis exprimit: *Enim uero Domina de Rommersvale Toparcha in Eechoue, nobilis*

bilis , affinis & proba matrona , mihi in candore retulit , se quondam toto pomeridie spectasse duellum araneæ & bufonis. Hic enim , dum se superne ab aranca descendente ictum sentiret , & capite confestim se intumescere : confugit ad herbam , quam lambebat : ac celerrime curatus , detumuit , vnde iteratam pugnacm aggressus , iterato quoque ictus fuit in capite , & ad eandem herbam prope rauit. Idque dum iam tertio accidisset , spectatrix , tædio affecta , plantam cultro excidit , (erat autem plantago angustifolia) dumque eo quarta vice bubo rediret , nec istam herbam reperit , celerrime totus intumuit , & terrore percussus , mox obiit. Hactenus *Helmontius*. Et quidem causam mortis & exitum bufonis non tam refert in antidoti efficaciam , quam tamen bufo expertus erat , tribus distinctis vicibus ac experimentis , quam in metus & tristitiae & terroris ideam , conceptam vnicē.

Ast hæc ratio vix satiat animum , sciendi auidum , in primis cum minus concessæ hypothesi innitatur : Rectius forsitan statuerimus , acrimoniam veneni araneæ fermentifici , illatam per morsum bufoni , a comesta plantagine infractam , mitigatam & retusam , ne vitalia principia potuerit destruere , sed illa sic illibata mansisse ; ductu naturæ occulto , bufoni insinuata.

Seorsim vero vires plantaginis & vsum dictis iungere possumus in peste. Hanc enim vim egregiam plerique experti sunt in lue pestilenti , teste *Job. Agricola &c. medic. berbar. pag. 192.* in qua saepe tam insigne de se hoc simplex specimen præbuit , quibuscunque administraretur modis , quantum non aliud ullum.

Confirmat idem experimentum *Monarius in Consiliis Crato-*

*Cratensis a Scholzio collectis, Epistol. 248. fol. m. 463:* vbi a Chirurgo aulico Seniore Cæsareo arcani loco secum communicatum refert, se in multis pestilentialibus constitutitionibus fuisse, & sua manu infectos plurimos tractasse, semper tamen a contagione immunem permanisse, quod secum gestauerit radicem plantaginis maioris, sacculo inclusam, & cum filo regioni cordis adaptatam. Ut res celeatur, pulueris lauendulæ aliquid admiscere solitum, & hinc inde distribuere. Ex quo idem repetit *Camerarius Sylloge memorabilium, Cent. 3. Hist. 34. p. 137.*

His itaque experimentis & rationibus sufficientibus inducti statuimus, ante aliquot iam annos iungere has duas radices, & combinatas appendere pro eodem scopo. Indidimus quoque nomen remedio: arcana duplicatum catholicum, seu alexipharmacum, quod iam nominauimus, sed studio repetimus, pestis, febrium ardentium, malignarum, variolarum, morbillorum, purpuræ, simplicis, puerperarum, dysenteriæ, & similiūm; ita ut vel non corripiant ægros, vel minori copia, minori molestia & periculo: etiamsi etiam renuant ipsamet medicamenta alia ordinaria, quod saepius obseruauimus.

In Arthritide laborantibus Colchici radicem utilem esse confirmat Raius, ex *Trago*, & se aliqua ex parte expertum, sed tum, cum forinfecus imponitur, *Histor. Plantar. l. 21. c. 13. p. 1172.*

Nec dubitauimus publicitus vniuerso cum orbe idem iam communicare, pro cuiusuis hominis usu vniuersali, & individuali, citra ullum lucrum priuatum. Præcipue vero in gloriam diuini nominis, qui herbarum hunc usum incognitum, pro summa & infinita sua misericordia & sapien-

tia, condidit, pro quo æternas infinitasque eidem agimus & debemus gratias. Præsentem monstrat quælibet herba **D E V M.**

Duo ad vitam longam sunt necessaria vnicuique homini, præter preces, numini supremo deuotas, & præcipue magnatibus ipsis: **P R I M U M D I Ä T A B O N A**, vitando noxia, & moderationem cordi habendo in rebus dictis sex non naturalibus: aere, cibo & potu, somno & vigiliis, motu & quiete, excretis & retentis, & animi pathemati bus. **D E I N D E** præseruando corpus a febribus, præser tim continuis.

Hæc vero præseruatio, bono cum **D E O**, eiusque benedictione, vnice consistit & obtineri potest in arcano hoc laudato, & a nobis nemini amplius inuiso vel occultato, duplicato catholico, qui vnicuique animitus appre camur benedictionem diuinam.

# SOLI DEO GLORIA !



